

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Nilus Mysticus Profluens Ex Paradiso Voluptatis, Sive  
Doctrinae Ad Mentem Scoti Theologicae, Ac Per Duodecim  
Alveos Regios In Flumen Magnum Serenissimae  
Marchionum Badensium Genealogiae Sese ...**

**Stümmel, Friedrich**

**Fulda, 1673**

Castellae

[urn:nbn:de:bsz:31-11315](#)

*Serenissimæ Domus Badensis origo ex  
Antiquissimis Regibus*

# CASTELLÆ.



## P E L A G I U S

**E**X Regio Gothorum Sanguine oriundus, Fafilæ Cantabriæ Ducis filius, Rex Legionis & Castellæ salutatus, multis rebus adversus Barbaros præclarè gestis conspicuus, decepsit Anno Christi 735.

Ormisenda Regia Princeps Castellæ,  
Pelagij Regis filia, nupta Alphonso Catholico, Petri Cantabriæ Ducis filio.

Vimaranus Princeps Castellæ,  
Alphonsi Catholici filius, à Froila Rege impiâ morte peremptus.

Veremundus I. Rex Legionis & Asturum,  
Vimarani Principis filius, obiit Anno Christi 791. Uxor Imilona.

Ranimirus I. Rex Legionis & Asturum.  
Veremundi I. filius decepsit Anno Christi 831. Uxor Urraca.

Ordonius I. Rex Castellæ, Legionis &  
Asturum, Ranimiri I. filius, obiit Anno Christi 841. Uxor Momadona.

Alphonsus III. Rex Castellæ &c.  
Ordonij I. filius, decepsit Anno Christi 887. Uxor Amelina, sive Ximena, Gallica.

Ordonius II. Rex Castellæ &c.  
Alphonsi III. filius, obiit Anno Christi 898. Uxor Eluria, &c.

Ranimirus II. Rex Castellæ &c.  
Ordonij II. filius, obiit Anno Christi 924. Uxor Tarasia Navarræ.

Ordonius III. Rex Castellæ &c.  
Ranimiri II. filius, obiit Anno Christi 929. Uxor Urraca Castellana. Verre-

Veremundus II. Rex Castellæ &c.

Ordonij III. filius decessit anno 982. Uxor Eluria, propria filia, ex Velasquitâ primâ conjugâ progenita, adulterino Connubio Patri sociata peperit Alphonsum V. Regem.

Alphonsum V. Rex Castellæ &c.

Adulterino Veremundi II. Connubio progenitus obiit anno 1010. Vxor Eluria Com. Galleciæ.

Sanctia Regina Castellæ,  
Alphonsi V. filia & Hæres, nupta Ferdinando Magno Navarræ.

Alphonsum VI. Rex Castellæ &c.

Ferdinandi Magni filius, obiit anno 1108. Vxor Constantia.

Vrraca Regina Castellæ,

Alphonsi VI. filia & Hæres, nupta Secundis votis Alphonso Regi Arragoniæ.

Alphonsum VII. Rex Castellæ &c.

Alphonsi Arragonij filius, obiit anno 1159. Vxor Berengaria Comitissa Barcinonæ.

Beatrix Infans Castellæ,

Alphonsi VII. Regis filia nupta Sanctio IV. Regi Navarræ.

Blanca Regina Navarræ,

Sanctij IV. filia & hæres, nupta Theobaldo Comiti Cambaniæ & Briæ.

Theobaldus Posthumus Rex Navarræ,

Blancæ & Theobaldi filius, obiit anno 1254. Vxor Margarita Ducissa Borbonia.

Margarita Regia Princeps Navarræ,

Theobaldi Postumi filia, nupta Friderico Caluo Duci Lotharingiæ.

Theobaldus Dux Lotharingiæ,

Friderici Calui filius, obiit anno 1311. Vxor Catharina Comitissa Flandriæ.

Fridericus Athleta, Dux Lotharingiæ,

Theobaldi filius, decessit anno 1325. Vxor Elisabetha Alberti I. Roman. Imper. filia.

Rudolphus Dux Lotharingiæ,

Friderici Athletæ filius, occisus ad Cresciacum anno 1346. Vxor Maria Comitissa Blesensis.

Ioannes Dux Lotharingiæ,

Rudolphi filius, obiit anno 1382. Vxor Sophia Comitissa Wirtenbergiæ.

Carolus Audax Dux Lotharingiæ,

Joannis filius, decessit anno 1430. Vxor Margarita Ruperti Imperatoris filia.

Catharina Ducissa Lotharingiæ,

Caroli Audacis filia, Nupta Jacobo Marchioni Badensi, anno 1418.

Carolus Bellator, Marchio Badensis,

Jacobi filius, obiit anno 1475. Vxor Catharina Ernesti Ferrei Archiducis Austricæ filia.

Cristophorus Marchio Badensis,

Caroli Bellatoris filius, obiit anno 1527. Vxor Ottilia Comitissa Cattimeliboci.

Ernestus Badensis in Pfortzheim,

Christophori filius, obiit anno 1553. Vxor Elisabetha Marchionissa Brandenburgica.

Carolus Marchio Durlacensis,

Ernesti in Pfortzheim filius, anno 1577. Vxor Anna Ruperti Com. Palatini in Lautereck filia.

D

Geor-

Georgius Fridericus Marchio Durlacensis,  
Caroli Filius, decepsit anno 1638. Vxor Juliana Ursula Friderici Rheingravij Filia.

Fridericus Marchio Durlacensis,

Georgij Friderici Filius, obiit anno 1659. Vxor Eleonora Alberti Othonis Comitis Solmensis  
in Laubach, Filia.

## BERNARDUS GUSTAVUS

S. R. Ecclesiæ Cardinalis, S. R. Imperij Princeps, Inclytæ Ecclesiæ Fuldensis  
ABBAS, Augustæ Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam  
& Galliam Primas &c. Marchio Badensis & Hochbergensis in Durlach &c. Ecclesiæ  
Ducalis Campidonensis Administrator, & Coadjutor liberæ seu immediatae Abba-  
tiæ & Eccl. Syburgensis, Landgravius in Sausenberg, Comes in Sponheim, & Eber-  
stein, Dominus in Röten, Badenweiler, Lahr & Malberg, Metropolitanæ & Cathe-  
dralis Eccles. Coloniensis & Argentinensis respective Canonicus & Capitularis, &c.

REGIA PROPINQUITAS, QUAM SERENISSIMA DOMUS  
Badensis à Sceptro & Corona antiquissimorum Regum Castellæ mutuat, è scutarijs  
castellis & excubiarijs Leonibus tum Beatorum Civium, tum no-  
stram typicè Theologiam referat.

Q Vanti gloriae & honoris in Castellis thelati reconditi, ad quæ Leones excubare noscuntur! è turri-  
bus eorum pendent mille clypei non solum maximorum Heroum Pharamundo Antiquiorum; Sed  
& Velutum Theologicarum DEO congenerum, ut exerto gloria sole Angelorum & Beatorum  
montes & mentes resplendebant ab eis, quas in superiori Castello, quod triumphantis cætus Ecclesiam  
indigitat, Supremæ Theologæ Fulgor sine noctis obscuro irradiat; in inferiori verò, quod viatorum seu  
militantem cætum demonstrat per speculum & in ænigmate; quorsum enim Leo Ecclesiæ triumphantis  
Castellum facie, alter autem militantem populum dorso respicit: nemo temere, omnes fato celte &  
scalpro divinantibus, factum credant, quod disceres Beatorum Theologiam matutinam, Viatorum au-  
tem vespertinam esse. 1. Hæc illi non est subalterna. 2. Nostra Universitati, non singulis necessaria.  
3. Sapientialis est habitus à Scientifico recedens. 4. Deductivus tamen & defensivus. 5. Eviden-  
tia defectum infallibilis supplet principiorum certitudo quavis demonstratione firmior. 6. In objec-  
tum formale quod agnoscit DEUM sub omni ratione considerabili: 7. In objectum formale quo, DE-  
UM sub ratione primæ veritatis in testando. 8. Theologæ Scientia sive nostra sive Beatorum dignior,  
altior & melior est aliis scientiis naturalibus. 9. An autem practica sit, vel speculativa, dicam, ut Phi-  
losophus. 10. Principia Theologæ nostræ præcipua sunt veritates fidei. 11. Omnium primum  
hoc: Omne revelatum à DEO verum est. 12. Habitus principiorum Theologæ nostræ, ne quis supple-  
ri per visionem beatificam, ita ut sufficiat ad exercitium illius. 13. Theologia Civium Superiorum su-  
perna quoque innititur claritati. Etenim dari supernos cives, qui Regis Regum in cœlesti Castello pro  
diversitate muniorum diversos agant Aulicos, etiam maiores, qui solent illuminare inferiores, certuni est.  
14. Ex his Spiritus Angelici sunt substantiae spirituales intellectuales, complectæ physicæ compositionis  
expertes. 15. Simul cum mundo corporeo & probabilius in cœlo empyreo conditæ. 16. Sunt rea-  
liter multiplicabiles numero intra eandem speciem. 17. possunt intellectu & voluntate. 18. à sub-  
stantia sua realiter indistinctis. 19. adeoque ab humana, intellectu & voluntate, immo etiam quorundam  
Angelorum. 20. quos specie differre putamus, specie physica distinctis. 21. Qua ratione alter alteri  
Theologicas loquatur propositiones, & qual lingua, audiens in Patria. 22. Scotus vult, quod intellectus  
loquentis causet in intellectu audientis conceptum objecti illius, de quo loquitur; 23. Alij, quod  
hæc locutio fiat per hoc, quod loquens velit alterum scire conceptum suum. 24. Potest, si non impe-  
ditur, intellectus angelicus naturaliter intueri mysteria gratiæ, etiam in substantia sua supernaturalia.  
25. Quod secreta cordium nequeat cognoscere, non tam in naturam secretorum refunditur, quam in  
subtractionem divini concursus. 26. Præcire potest futura necessaria: 27. Secus est de liberis.  
28. Non sunt in loco per operationem. 29. Sunt prædicti potentia loco motivâ. 30. Qua non tantum  
se, sed & alia, sive spiritualia, sive corporalia, propriæ & non tantum metaphoricè movent &c.

Sere-